

TRIBUNAL APOSTOLICUM ROTAE ROMANAE - ROMANA - *Iurium (crediti et damnorum) - Sentenza definitiva di secondo grado - 15 giugno 1988 - Coram Palestro, Ponente (\*)*.

***Iurium* - Responsabilità delle congregazioni religiose sui contratti dei propri membri - Azione « de in rem verso ».**

***Iurium* - Autonomia del diritto e della disciplina della Chiesa.**

***Iurium* - Mandato - Obblighi del mandante.**

***Iurium* - Crediti e danni - Interessi moratori ed interessi compensativi (« usurae moratoriae et usurae compensativae ») - Capitalizzazione degli interessi (« foenora composita et foenora simplicia ») - Calcolo degli interessi - Indennizzo per le dilazioni processuali.**

« *Si contraxerit regularis cum licentia superiorum, respondere debet persona moralis, cuius Superior licentiam dedit* » (can. 536 § 2, CIC 1917; cfr. can. 639 § 2, CIC 1983). « *Quidquid autem industria sua vel intuitu religionis acquirit, religioni acquirit* » (can. 580 § 2, CIC 1917; cfr. can. 668 § 3, CIC 1983). Le congregazioni religiose sono responsabili dei danni occasionati dalle attività patrimoniali dei propri membri quando il religioso, col consenso della congregazione,

---

(\*) **Aspetti del diritto alla difesa, il risarcimento dei danni e altre questioni giurisdizionali in alcune recenti decisioni rotali.**

#### 1. *Fattispecie.*

La sentenza c. Palestro del 15 giugno 1988 chiude venticinque anni di « *incommoda processualia* » per la parte attrice, secondo le parole dello stesso tribunale apostolico. Per capire meglio i diversi particolari di questa vicenda giudiziaria, dalla quale si possono trarre interessanti spunti in materia giurisdizionale, si offre un riassunto dell'*in facto* di tre decisioni della Rota: la sentenza di prima istanza c. Pompedda dell'8 novembre 1983 (RRD 75 (1983), p. 575-590), il decreto (13 aprile 1988) e la sentenza (15 giugno 1988) entrambi c. Palestro riportati in questo fascicolo.

*intraprende attività commerciali che gli sono vietate senza il permesso della Sede Apostolica, benché l'attività commerciale sia di esclusiva responsabilità del religioso nel foro civile (ad es., perché la legge civile limita ingiustamente la capacità di agire delle congregazioni religiose). Le congregazioni religiose sono responsabili dei danni occasionati dalle attività patrimoniali dei propri membri se si può riscontrare una condotta colposa da parte del superiore religioso per mancanza della dovuta diligenza nell'esercizio della sua funzione. Chi ha subito il danno può esercitare l'azione « de in rem verso » nei confronti della congregazione religiosa.*

*La sentenza rotale appellata, in quanto è affermazione di diritto canonico, può essere usata come precedente presso i tribunali civili che prendono in considerazione i precedenti giurisprudenziali. Può, quindi, modificare norme dello Stato a danno delle comunità religiose. Tuttavia questo pericolo (influsso sulle norme e sulla giurisprudenza civili in danno degli interessi patrimoniali delle comunità religiose) non può intaccare minimamente la sottomissione di dette congregazioni all'autorità della Sede Apostolica, né l'obbligo della Santa Sede di applicare le leggi della Chiesa per proteggere i diritti dei propri sudditi.*

*Il mandante deve: a) assolvere gli obblighi che il mandatario ha assunto in suo nome o quando il mandante li ha tacitamente accettati; b) assolvere le spese fatte dal mandatario nell'eseguire il mandato, benché l'esito del contratto sia stato negativo senza colpa del mandatario; c) risarcire i danni che il mandatario si sia procurato o abbia prodotto ad altri nell'eseguire il mandato.*

---

La parte attrice (Elisabeth) stipulò a Parigi con Roberto un contratto per la traduzione dal francese all'inglese di un messale e di altri due libri. Roberto agiva come mandatario della casa editrice F (statunitense) per la traduzione dei due libri, e come gestore di affari di un'abbazia belga per la traduzione del messale. Della casa editrice F è presidente un religioso (P. Aloisius), ma in realtà dell'attività della stessa è responsabile la congregazione C. La parte attrice pensava che tra la casa editrice F e l'abbazia vi fosse un rapporto di solidarietà nel contratto poiché il messale, di proprietà dell'abbazia, sarebbe stato pubblicato in inglese dalla casa editrice statunitense, ed anche perché il biglietto da visita di Roberto e la carta intestata da lui adoperata riportavano sia il nome della casa editrice che l'indirizzo dell'abbazia, dove lui soggiornava e aveva un ufficio. Elisabeth consegna nel tempo previsto (1962) le traduzioni ma non riceve alcun

*Per quanto riguarda i criteri per il calcolo della quantità da versare nell'esecuzione della sentenza cfr. decreto c. Palestro sopra riportato.*

(*Omissis*). — SPECIES FACTI. — 1. D.na ELISABETH, in causa actrix, die 1 februarii a. 1965 Tribunal Ecclesiasticum Brugen. adivit ut ABBAS et ABBATIA BRUGEN. nec non SUPERIOR GENERALIS et CONGREGATIO C. compellerentur ad solvendam mercedem, hucusque haud receptam, una sum expensis, damnis et foenoribus, pro opera a se praestita in versionibus exarandis ex gallico in anglicum sermonem sive commentarii Missalis sive duorum librorum. Quae versiones expletae videntur exeunte anno 1962.

Tribunal aditum, speciosis adductis rationibus pro libello recusando, actrici consilium dedit, contra praescriptum can. 120, § 1, ut Tribunal civile adiret, eo quod « nos tribunaux ecclésiastiques ne sont normalement pas utilisés pour de telles affaires », ac tandem ab eadem postulavit cautionem lib. belg. 40.000 pro petitione accipienda, quas actrix solvere non poterat.

Die 26 aprilis a. 1965, d.na Elisabeth recursum exhibuit Sacrae Congregationi pro Religiosis, quae, die 9 novembris a. 1965, respondit se non posse quaestionem dirimere et eandem invitavit ut Sacram Romanam Rotam adiret insimulque ei facultatem concessit « et en dérogation au canon 120, § 1, à porter la question devant la juridiction civile ».

Actrix, expresse declarans se velle « que les responsabilités soient fixées par les autorités ecclésiastiques », die 18 maii a. 1966 supplicem

compenso economico da Roberto, malgrado questi avesse ricevuto dall'abbazia e dalla casa editrice le relative quantità di denaro a tale scopo. Elisabeth chiede pertanto il pagamento della somma dovuta sia alla congregazione che all'abbazia, ma entrambe rispondono che Roberto agiva per suo conto e non come loro mandatario o loro gestore.

Nel febbraio 1965, Elisabeth adisce al tribunale diocesano di Bruges in Belgio, dove l'abbazia ha il domicilio, chiamando in giudizio l'abbazia e la congregazione. Il tribunale respinge il libello con motivi « *speciosi* » e consiglia Elisabeth di rivolgersi alla giurisdizione civile. Elisabeth, che si era convertita da poco al cattolicesimo, desidera ricevere giustizia nel foro ecclesiastico e ricorre alla Congregazione per i religiosi, la quale prende due provvedimenti: dà licenza a Elisabeth per adire un tribunale civile, carente di giurisdizione sulle-

porrexit libellum Nostro Apostolico Tribunali, competenti ex can. 1557, § 2, in ius rapere contendens Abbatem et Abbatiam Brugen. necnon Superiorem Generalem et Congregationem C. ut in solidum damnarentur ad mensuram statutam pro versionibus peractis solvendam una cum expensis, foenoribus et « erosion monetaire ». Damna quoque repetit sive eo quod eius nomen, uti interpres, haud impressum fuisset in Missali, sive ob incommoda a familia passa ex non soluta mercede tempore opportuno.

2. Partes conventae per suos Patronos quam plurimas praeliminares excitaverunt quaestiones, quare tantum die 3 maii a. 1972 Patres libellum admittere potuerunt, recognita partium conventarum legitimatione passiva, « attenta jurisprudentia S.R. Rotae de responsabilitate personae moralis religiosae in damnis respondendis, si Superior religiosorum ob defectum debitae diligentiae in culpa fuerit et de actione “de in rem verso” ei competente, qui damnum subierit ex negligentia legitimi superioris in exercitio sui muneris ».

Pacificae compositionis conamine adhuc in cassum facto, dubium concordatum fuit die 18 iulii 1973 iuxta formulam: « An Abbas et Abbatia Brugensis, Superior Generalis et Congregatio C. teneatur in solidum solvere d.nae Elisabeth creditum laboris, damna et foenora ob creditum non solutum; et quatenus affirmative: qua(nam) mensura ad solutionem teneantur ».

Laboriosa causae instructione expleta, quae multas moras passa fuit sive ob difficultates testes omnes, extra Urbem degentes, au-

---

parti convenute in virtù del privilegio del foro (can. 120 § 1), e indica la Rota Romana come organo competente per risolvere in via giudiziaria la lite se vuole adire la giurisdizione canonica (can. 1557 § 2, n. 2). Nel maggio 1966 Elisabeth presenta tramite un patrono il libello di domanda presso la Rota, chiedendo *in solidum* all'abbazia e alla congregazione C il risarcimento del credito, dei danni e degli interessi. Le parti convenute eccepiscono prima della loro citazione la mancanza di legittimazione passiva; soltanto nel maggio 1972 la Rota accetta il libello della domanda. La concordanza del dubbio avviene nel luglio 1973. Dopo un'istruttoria molto travagliata, nel corso della quale cessano nel loro incarico il ponente ed un altro uditore del turno, nel giugno 1982, dopo la « *conclusio in causa* », si decide di rimandare la sentenza per cercare una volta di più una transazione (can. 1925) tra la parte attrice ed ognuna delle due parti

diendi, sive ob necessitatem innumera documenta comparandi, Patres Auditores de Turno ad causae decisionem die 1 Iunii a. 1982 legitime congregati edixerunt: « dilata decisione, placere de concordia inter partes », iuxta mentem in eodem Decreto datam.

Sed Rev. mus Ioannes Angelos Abbo, tunc a Secreteris Praefecturae rerum oeconomicarum Sanctae Sedis et olim S. Romanae Rotae Praelatus Auditor, cui munus concordiae conciliandae commissum fuerat, quamvis assiduas impenderet curas, die 15 aprilis a. 1983 communicare debuit « che i miei tentativi non hanno avuto esito positivo » ob oppositas partium petitiones.

Et ita, defensionibus partium habitis una cum voto Promotoris Justitiae ad casum deputati, die 8 novembris a. 1983 sententia primi gradus prodiit, qua proposito dubio « Affirmative iuxta modum » respondetur, « i.e. Abbatem et Abbatiam pro sua distincta parte et Superiorem Generalem et Congregationem C. pro sua distinta parte, ideoque *non in solidum* sed unumquemque teneri ad solvendum dominae Elisabeth *creditum laboris, damna et foenora* ob duo uniuscuiusque partis conventae distincta credita non soluta.

« *Computationem* vero sive *crediti sive damnorum et foenorum* faciendam esse iuxta legem civilem gallicam.

« *Ex aequitate* autem dominae Elisabeth *pro rata* solvendam esse a *partibus conventis* eam pecuniae summam, quae in exsequenda sententia definitiva Tribunal aptam aestimaverit *pro indemnitate* agendi causam in Urbe Roma ».

---

convenute (a questo punto si era già accertato che non era provata la loro responsabilità *in solidum*). Malgrado il tribunale avesse stabilito l'ottobre 1982 come termine per questo tentativo conciliatore, soltanto nell'aprile 1983 la persona incaricata informa dell'esito negativo del suo intento. Nel novembre 1983 il tribunale emette la sentenza che, pubblicata nel giugno 1985, condanna le due parti convenute, le quali appellano presso il turno superiore.

Nel dicembre 1985 l'abbazia rinuncia all'appello e, nel marzo 1986, viene accettata la rinuncia e si dà il decreto esecutivo della sentenza (c. Masala), affidandolo al tribunale diocesano di Parigi (luogo dove si stipularono i due contratti). Il tribunale diocesano di Parigi, dopo essere stato avvertito (dal ponente del turno rotale che seguiva l'appello della congregazione C, mons. Palestro) dell'inadempimento del suo obbligo, rispose (nel settembre 1987) che non riusci-

3. Sero, nempe die 24 junii a. 1985, Sententia publici juris facta fuit eo quod adhuc spes non defuisset pacificam inveniendi compositionem, speciatim ex partibus conventis cum sententia iisdem adversa fuisset, sed adhuc frustra.

Appellatione a partibus conventis ad Turnum sequentem interposita et citationibus iam intimatis pro dubio concordando, Abbas Abbatiae declaravit diebus 2 novembris et 20 decembris a. 1985 se recedere velle ab interposita appellatione, quare R.P.D. Ponens, Decreto diei 21 martii a. 1986, renuntiationem, altera parte audita, acceptavit.

Sententia rotalis, ad Abbatem et Abbatiam Brugen. quod attinet, in rem iudicatam exinde transiit ad norma can. 1641 (CIC 1983) necnon art. 156 Normarum S. Romanae Rotae Tribunalis.

Instante Cl.mo partis actricis Patrono, Turnus rotalis coram Màsala, Pon., decreto diei 25 martii a. 1986 exsequendam mandavit praefatam rotalem decisionem ad Abbatem et Abbatiam Brugen. quod attinet, munus committens Rev.mo Officiali Tribunalis Ecclesiastici Parisiensis in concreto determinandi, iuxta tenorem sententiae et praescripta legis civilis Galliae quantum solvendum esset actrici quoad creditum laboris, damna et foenora.

Cum autem Tribunal Parisien. per annum et ultra nihil peregerit ob difficultatem inveniendi Peritum ad aptas peragendas ratiocinationes, novus in causa constitutus Turnus, Decreto diei 16 decembris a. 1987 revocavit mandatum conlatum Rev.mo Officiali Pari-

---

va a trovare un perito in grado di stabilire la quantità da versare. Nel dicembre 1987 si revoca il mandato esecutivo in favore del tribunale di Parigi e si decide di eseguire la sentenza a Roma, secondo le norme civili francesi. Finalmente, il 13 aprile 1988 si dà il decreto esecutivo c. Palestro che viene immediatamente soddisfatto dall'abbazia. Questo decreto specifica i criteri di calcolo degli interessi indicati nella sentenza c. Pompedda, sui quali le parti non si accordavano.

Il superiore generale della congregazione C e la stessa congregazione hanno proseguito con l'appello, e hanno chiesto l'intervento come terzo della casa editrice F per chiarire ulteriormente il rapporto giuridico tra C e F, richiesta che non è stata accettata (a questo punto si sapeva che la situazione tra loro era stata modificata dal momento in cui ebbe inizio il contraddittorio). La sentenza c. Pale-

siensi et statuit Peritum constituendum esse in Urbe, iuxta instructionem a Ponente dandam.

Habitis tunc ab Exc.mo Legato Galliae apud Sedem Apostolicam notitiis tum de usuris in Gallia vigentibus ab anno 1962 usque ad annum 1987, tum dei nummi Gallici imminutione ('svalutazione monetaria') in eodem tempore, perpensis ratiocinationibus a Perito constituto, Dr. Benedicto Carlini, ex Instituto « per le Opere di Religione », exhibitis, Turnus Rotalis, decreto diei 13 aprilis a. 1988 determinavit iuxta tenorem sententiae summam debitam actrici, quam Abbas Bruzen. praesenti pecunia statim persolvit.

4. Superior Generalis et Congregatio C., e contra, appellationem rite prosecuti sunt et post dubii concordationem, eorum Patroni die 28 maii a. 1986 postulaverunt ut in iudicium vocaretur, uti tertius interventor, « Soc. F. (U.S.A.) », eo quod « partium conventarum appellantium interest illam sibi adsciscere in litem quidem communem... ad clariorem reddendam relatione — si quae adfuerit — inter Congregationem C. et "Soc. F." », sed Turnus rotalis, Decreto diei 25 februarii 1987 statuit interventum necessarium in causa Soc. F. non esse iubendum.

Brevi suppletiva instructione peracta ad instantiam Patronorum partis conventae ac documentis noviter ab iisdem productis actis annexis, habitis Defensionibus Patronorum et voto pro rei veritate a Promotore Iustitiae Nostri Apostolici Tribunalis lato, Nobis causa

---

stro (15 giugno 1988) ha confermato la sentenza c. Pompedda appellata e ha condannato la congregazione C al pagamento del credito con gli interessi compensativi e con gli interessi moratori, che vanno calcolati secondo le regole della capitalizzazione composta (interessi degli interessi) e non della capitalizzazione semplice. A richiesta del patrono della parte attrice (25 giugno 1988) e con il parere favorevole del promotore di giustizia della Rota, è stata accettata una questione incidentale « *de executione sententiae ad normam can. 1652* », che si è risolta il 25 novembre 1988, momento in cui si è eseguita la sentenza del 15 giugno 1988. Nel rispettivo decreto c. Palestro « *de concordia inter partes in executione sententiae rotalis* » (26 novembre 1988), la parte attrice, attraverso il suo patrono, accetta la quantità economica offertagli dalla parte convenuta e dichiara « *se nihil aliud petendum habere a parte conventa ac eo ipso obligationem suscipit se*

jam prostat decidenda respondendo ad dubium die 20 decembris 1985 concordatum:

« An sententia Rotalis in primo iudicii gradu lata die 8 novembris 1983 confirmanda vel infirmanda sit, in casu ».

IN IURE ET IN FACTO. — 1. Patribus infrascriptis visum est ante omnia quaedam perspicere, quaeque vel anomala vel nimis mira apparent si acta causae in suo complexu perpendentur et considerantur.

Societas F. tandem officium in se reciperat persolvendi obligationes susceptas a d.no Roberto erga D.nam Elisabeth (*omissis*), tamen aliquando expresse debitam mercedam pro versione libri XX transmiserat, quin immo se paratam praebuerat solvendi « les deux livres du R.P. G. » ab actrice versos postquam D.nus Robertus jam in carcer detrusus fuerat, quare exinde Soc. F., decurrentibus annis, nihil peregit ad obligationes susceptas satisfaciendas? Qua de re Superior Generalis Congregationis C. vel Provincialis eiusdem Congregationis cui certe apta media non deerant, haud urgendam esse censuit Soc. F. ad onera abhinc viginti quinque annos suscepta adimplenda, ne damna suae Congregationi obvenirent ob vocationem in iudicium a D.na Elisabeth peractam, speciatim post Turni decisionem diei 1 iunii 1982, qua concordia suadebatur vel saltem post decisionem primi gradus?

2. Abbas Abbatiae Brungen., quem actrix una cum Congregatione C. in iudicium rapuerat ad pecuniam creditam recipiendam ex

---

*nullam aliam actionem promoturam esse pro hoc eodem obiecto adversus partem conventam in qualibet iurisdictione ».*

2. *Diversi aspetti del diritto alla difesa. Autonomia del diritto e della disciplina della Chiesa. Questioni sulla giurisdizione e sulla competenza.*

Le decisioni rotali qui commentate manifestano che la *pienezza dell'ordinamento canonico*, più volte affermata in sede normativa, magisteriale e scientifica (ad es., vedi P. LOMBARDIA, *Lezioni di diritto canonico*, Milano, 1985, p. 4-19, 73-75), ha una riprova in sede giurisprudenziale, ambito senza il quale le dichiarazioni giuridiche fatte in altre sedi rischiano di rimanere inoperanti. L'importanza di queste sentenze è notevole non soltanto per la rarità della materia



versione *Missalis*, *sententia* rotali habita, statim adquevit paratumque sese praebuit pecuniam debitam et detrimenta ab actrice passa sarcendi, dum Superior Generalis Congregationis C. appellationem, iure suo utens, interposuit causamque prosequendam curavit, speciosa tamen adducta ratione, quam Patres vix credibilem reputant.

Enim Exc. mus, tunc Praeses Conferentiae Episcopalis Americae Septentrionalis, a Congregatione C. de causa edoctus, die 8 julii a. 1986 Nostro Apostolico Tribunali rescripsit contendens decisionem Rotae Romanae jam latam « potrebbe essere dannosa in alcune future azioni civili coinvolgenti comunità religiose se la decisione in questione viene considerata dai tribunali americani come una affermazione di diritto canonico che potrebbe essere usata come precedente in cause future. In altre parole, i tribunali americani potrebbero stabilire che la responsabilità per la comunità religiosa esisterebbe in tal caso sebbene non lo sia stato in passato secondo la legge civile nel sistema americano », cui concordante R.P., Superior Generalis Congregationis C. (*Omissis*).

Ast quidquid est de legibus vigentibus in America Septentrionali vel de opinabilibus decisionibus Tribunalium laicalium, superior Generalis Congregationis C. ignorare non potest suam Congregationem Sanctae Sedis subiectam esse et ad leges, ad eadem, ad bonum commune tuendum latas, servandas teneri. Unde allatum argumentum omnino ineptum apparet. Etenim:

---

(non si riferiscono infatti alla nullità del matrimonio), ma fondamentalmente perché evidenziano in modo palese l'aspetto *extraprocessoale* (garantistico) del diritto alla difesa, previo all'aspetto *endoprocessoale* oggetto dell'ultimo discorso del Romano Pontefice alla Rota Romana (cfr. su questa *Rivista*, p. 740; sui livelli *endoprocessoale* ed *extraprocessoale* dell'attività giurisdizionale, vedi J. LLOBELL, *Sentenza: decisione e motivazione*, in *Il processo matrimoniale canonico*, Città del Vaticano, 1988, p. 322-329). In effetti, dalla lettura delle sentenze si evince l'esistenza della tutela giudiziaria dei diritti nella Chiesa, malgrado atteggiamenti contrari a tale tutela che si possono riscontrare nelle ultime decadi e da diverse posizioni dottrinali (vedi ad es., E. CORECCO, *L'amministrazione della giustizia nel sistema canonico e in quello statale*, in *Amministrazione della giustizia e rapporti umani*. (*Atti del Congresso di Sassari, 14-16 novembre 1986*), Rimini, 1988, p.

a) « Religiosus *nequit*, sine SEDIS APOSTOLICAE Auctoritate, ad dignitates, officia aut beneficia promoveri, quae cum statu religioso componi non possunt » (can. 626 CIC 1917).

Omnes canonisti explanant relatam legem vetare religiosis « dignitates, officia et beneficia *stricte saecularia* » (cfr. Cappello, *Summa Juris Canonici*, 1945, vol. II, p. 80, n. 63; Vermeersch-Creusen, *Epitome Juris Canonici*, 1937, tom. I, pag. 580, n. 786, 1).

Porro P. Aloisius uti Praeses societatis F., minime officia pastoralia exercebat, quia uti luculenter patet ex statutis eiusdem societatis officium *stricte saeculare* detinebat cum decisiones « finali di natura finanziaria » ipse capiebat, immo cum custodes fisci Americae Septentrionalis statuerint « che possiamo (id est Soc. F.) continuare come casa editrice non a scopo di lucro, ma che l'aspetto *strettamente commerciale* della nostra azienda è soggetto a tassazione », constituta fuit nova societas « F. Editori Inc. *per trattare* quella parte del nostro lavoro che potrebbe essere considerata *altamente competitiva e soggetta a tassazione* », cui praepositus fuit, uti Praeses, idem P. Aloisius quique sese involvit, quin necesse esset, in quaestionibus oeconomicis magni pretii. Ergo P. Aloisius munus *stricte saeculare* exercebat et licentia S. Sedis indigebat ad innumera mala vitanda, quae hodie lamentantur sive ab Exc.mo sive ab ipsa Congregatione C.

Insuper quaerendum esset utrum in actis Consilii Generalis vel Provincialis adsit documentum seu « protocollum » sessionis in qua actum est de electione P. Aloisius ad officium in societate F., de

---

133-140, dove espone in modo meno sfumato quanto scritto su *La sentenza nell'ordinamento canonico*, in *La sentenza in Europa. Metodo, tecnica e stile*, Padova, 1988, p. 258-290. Per taluni rilievi critici, vedi G. LO CASTRO, *Il soggetto e i suoi diritti nell'ordinamento canonico*, Milano, 1985, p. 202-248; J. HERVADA, *Conversaciones propedeúticas sobre el Derecho Canónico*, in *Ius Canonicum* 28 (1988), p. 11-55).

Sotto il profilo extraprocessuale, non ci sembra che il torto più grave della decisione del tribunale diocesano di Bruges consista nel non aver eccepito, come doveva, la sua incompetenza assoluta per giudicare l'abbazia e la congregazione (can. 1557 § 2, n. 2; 1892, n. 1), ma piuttosto nel consigliare all'attrice di rivolgersi ai tribunali civili. E la gravità di questo consiglio non scaturisce soltanto dalla violazione del privilegio del foro (can. 120 § 1), ma anche dal rifiuto

huius societate « fundatione » a P. Aloisius cum aliis personis facienda, deque limitibus huic religioso impositis, ne per illam activitatem industrialem-commercialeam amitteret suam figuram religiosi-sacerdotis, vel detrimentum afferret ipsi Congregationi.

Ipse Superior Generalis Congregationis C., in judiciali vadimonio coram Nostro Apostolico Tribunale, egit de inspiciendis « les procès verbaux des conseils provinciaux », sed nemo usque adhuc talia documenta produxit.

b) Cum generatim officia civilia extra religionem sint saecularia ac exinde licentiae S. Sedis subiecta, si Religiosus tantum de consensu sui Superioris (vel domus, vel provinciae etc.) aliquod officium in aliquo peculiari opere assumpserit vel opus *ex novo erexerit*, sibi reservata bonorum administratione et gestione totius operis, praesumendum est eundem, etsi civiliter constituatur ac recognoscatur ad vitandas iniustas leges civiles, quae operam Religiosorum coarctant, saltem initio ab ipsa religiosa domo promanare vel aliquo modo subiectum esse, quare servari debent, in casu, normae de quibus in can. 536, §§ 2 et 4, et consequenter can. 1557, § 2, n. 2 C.I.C. 1917.

Neque explicatur quomodo P. Aloisius *uti religiosus*, potuerit *sua pecunia*, nempe privato sumptu, societatem civilem constituere et debita tributa pendere insimulque dominus collocatae pecuniae singraphae esse, in societate publicis nominibus coalescente et emolumenta dein percipere contra praescripta can. 580, § 2 et can. 594 § 2 nisi

---

di giudicare su controversie patrimoniali che appartengono, anche se non esclusivamente, alla giurisdizione canonica, benché la legge applicabile sia quella civile del luogo dove si è stipulato il contratto (can. 1529 del CIC 1917, e can. 1290 del CIC 1983). A proposito dell'intreccio tra giurisdizione ecclesiastica e giurisdizione civile, ci sembra interessante mettere in risalto la rinuncia all'azione « *in quolibet iurisdictione* », fatta dalla parte attrice attraverso il suo patrono (cfr. decreto c. Palestro del 26 novembre 1988, cit.; can. 1485).

Ma c'è un altro motivo per il quale queste sentenze sono importanti: esse sottolineano l'indipendenza dei giudici rotali, che hanno dovuto faticare non poco per poter adempiere alla loro funzione, superando non soltanto le difficoltà poste dalle parti convenute (in particolare della congregazione C), ma anche dal presidente della conferenza episcopale statunitense che, nel luglio del 1986, manife-

admittatur nomine suae Congregationis et in eiusdem beneficium egisse, Superioribus probantibus et impensas sustinentibus.

Ceterum in ipso decreto admissionis libelli Patres iam edixerant « de responsabilitate personae moralis religiosae in damnis respondendis, si Superior Religiosorum ob defectum debitae diligentiae, in culpa fuerit, et de actione "de in rem verso" ei competente, qui damnum subierit ex negligentia legitimi superioris in exercitio sui muneris » (ex Decr. diei 3 maii a. 1972), innixi iurisprudenzia Rotae Romanae, quam plurimis decisionibus firmata (cfr. S.R.R. Dec., vol. 6 (1914), p. 164, p. 167, nn. 22, 26; — vol. 29 (1937), pp. 456 ss., nn. 8 ss.; — vol. 30 (1938), pp. 551 ss., nn. 5 ss.; — vol. 31 (1939), p. 360, n. 8; — vol. 6 (1914), p. 337, n. 5; p. 154, n. 2), quin Superior Congregationis C. omnia remedia juris expertus fuerit, tempore utili, ad idem impugnandum.

Neque praetermitti debet gravis culpa R.P. Aloisius ex omissione debitae diligentiae (cf. can. 2199) vel ex imprudentia in conferenda fiducia D.no Roberto pro quo « era stato un garante », ut veluti procurator in civitate Parisiensi suo nomine ageret, quamvis novisset oppositionem moderatorum Soc. F., et eundem adhuc consideravisset immaturum, potionibus alcoholicis deditum. Quae idem P. Aloisius die 3 novembris 1959 uxori D.ni Roberto scripsit explicatione vel commentario non indigent:

« 1. Egli ha bisogno di qualcuno che prenda le decisioni per lui. Egli ricerca sempre punti di vista particolari.

---

stò la sua opposizione alla sentenza appellata perché, in quanto affermazione di diritto canonico, poteva essere usata come precedente presso i tribunali civili degli USA che prendono in considerazione i precedenti giurisprudenziali. Siccome la sentenza rotale modifica una norma dello Stato a danno delle comunità religiose, si fa pressione sui giudici affinché, in appello modifichino la sentenza c. Pompedda. Il turno rotale (insieme al ponente italiano, mons. Palestro, vi era un uditore brasiliano, mons. Corso, e un altro statunitense, mons. Doran) ha indicato con chiarezza che questo « pericolo » (cambiamento delle norme e della giurisprudenza statuali in danno degli interessi patrimoniali delle comunità religiose) non può intaccare minimamente la sottomissione di dette congregazioni all'autorità della Sede Apostolica, né l'obbligo della Santa Sede di applicare le leggi della Chiesa per proteggere i diritti dei propri sudditi.

« 2. Bob non vive per adempiere ai suoi contratti ed è sempre a domandare anticipi sui suoi pagamenti. Ciò è molto esasperante.

« 3. Egli pone sempre se stesso in posizioni così intricate, da non riuscire a districarsene da solo eccetto che con la fuga; esempio: l'obbligazione verso il C. Translation Service.

« 4. Bob parla troppo, sopravvaluta se stesso, cosa che gli procura dispiaceri quando il giuoco non vale la candela » etc.

c) *Sententia Judicis denique, quam Divus Thomas vocat « quasi quaedam particularis lex in aliquo particulari facto »* (Summa, 2a, 2ae, q. 67, art. 1), *tantum litigantes obligat resque afficit iudicio obnoxias quare non licet eamdem uti principium generale considerare vel ad alios casus vel ad alias factispecies extendere cum iudex moralem certitudinem attingat ex actis et probatis sibi a litigantibus propositis, quare certitudo non est in omnibus sed in unaquaque materia secundum proprium modum* (cfr. S. Thomas, Summa, 2a, 2ae, art. 47, ad 2).

*Iura et obligationes unius non significant iura et obligationes alterius, quia quaelibet persona moralis modo peculiari originem ducit ac dein evolvitur vel decursu temporis immutatur, et Iudex ecclesiasticus sub tali peculiari specie eamdem considerat et iudicat, sub moderamine canonicae aequitatis suum iudicium proferens.*

3. *Quamvis aliquando d.nus Roberto directe suam operam apud Soc. F. impendere expertus sit, tamen anno 1962-1963 in Europa*

---

Forse si potrebbe pensare che la Rota sia stata troppo generosa nell'applicare le norme che prevedono il ricorso a mezzi non prettamente giudiziari (transazione o arbitrato) per risolvere i contraddittori nel seno della comunità ecclesiale (can. 1925 del CIC 1917; can. 1446 e 1713 del CIC 1983). E ciò in primo luogo perché nel giugno 1982, in seguito ad una « *conclusio in causa* » avvenuta diciassette anni dopo la presentazione del libello di domanda, si decide di rimandare la sentenza per cercare una volta di più una transazione (possibilità certamente prevista dal can. 1925 § 2); ma, soprattutto, perché dalla redazione della sentenza, nel novembre 1983, alla sua pubblicazione nel giugno 1985, passano quasi due anni, contro le indicazioni codiciali (cfr. can. 1876 del CIC 1917; can. 1610 § 3, 1614 del CIC 1983), con la speranza che le parti convenute, sotto la pressione di una sentenza di condanna, accet-

degebat, ubi, uti mandatarius Soc. F., immo vero P. Aloisius, libros inveniebat, postea vertendes ac dein imprimendos cura Soc. F.

Facta ab actrice enarrata, documenta ab eadem producta et a nemine unquam impugnata, id absque dubio probant.

D.nus Roberto charta epistulari cum inscriptione Soc. F. utebatur et actrici rescribebat eidem committens munus vertendi duos libros « destinés à la Société F. », nempe XX et YY, quorum auctor erat « un religieux, le R.P. G. ».

Charta epistularis impressa fuerat a Typographo V., approbante Societate F., uti expresse edicitur a teste Virgilio, qui refert de visitatione peracta a. 1963 a typographo V. comitante d.no Roberto, apud sedem Societatis F.

Tali occasione, adstante et praeside P. Aloisius inter cenam « donné en l'honneur de Roberto et de V. ». D.nus Roberto ascribebatur « comme notre représentant européen » et d.nus V. « comme notre imprimeur européen ».

D.nus V. uti testis in iudicium accitus facta enarrata a d.no Virgilio confirmat.

Ex iis testimoniis clarissime probatur d.num Roberto fuisse mandatarium Societatis F. pro Europa et legitime usum esse pro suis litteris ad hunc finem missis charta epistulari cum inscriptione « Soc. F. » quam apud V. imprimere fecerat postquam P. Aloisius et sui Consiliarii licentiam tradiderant chartam eiusmodi imprimen-

---

tassero una pacifica composizione (cfr. sentenza c. Palestro, « *species facti* », n. 3).

### 3. *La responsabilità della casa editrice F e dell'abbazia. La legittimazione passiva della congregazione C.*

Il primo problema che si è dovuto risolvere in queste sentenze è stato quello del rapporto giuridico tra la parte attrice (Elisabeth) e le due parti convenute (congregazione C e abbazia). Tuttavia, per quanto riguarda la congregazione, c'era addirittura una questione precedente, cioè il rapporto tra Elisabeth e la casa editrice F. Sia la casa editrice che l'abbazia negavano quel rapporto perché Roberto, secondo loro, agiva per suo conto e non come loro rappresentante (mandatario della casa editrice e gestore dell'abbazia).

di atque impressionem faciliorem reddiderant « lineamenta » novae inscriptiones Soc. F. praebentes.

Consequenter d.nus Roberto constanter usus est charta inscripta « Soc. F. » et contractum stipulavit cum aliis Editoribus, sese declarans et subsignans « co-rédacteur de F. » et « représentant des éditeur (F.) ».

Etiam testis D., operis socius cum d.no Roberto, perspectum habebat d.num Roberto « Soc. F. » repraesentare, eius negotia curare chartamque epistularem cum inscriptione « Soc. F. » adhibuisse quin querelas recepisset pro usu improprio chartae.

R.D. Hugo, sacerdos dioeceseos Antverpien., qui auxilium d.no Roberto praestabat eiusque nomine uti « associé » de Societate F. « j'envoyais des rapports régulièrement » ad Societatem F., « je signais au nom de F. ou de F. Publisher » quin aliquam oppositionem ex parte eiusdem Societatis F. novisset.

Si quae adfuerunt querimoniae ex parte Societatis F., id evenit postquam d.nus Roberto pro suis commerciis privatis chartam epistularem Societatis F. adhibuerit et nocumenta eidem Societati induxerit.

Pariterque R.P. Thierry M. confirmat d.num Roberto pro Societate F. operam impendisse et chartam epistularem eiusdem Societatis adhibuisse, quin immo actrici directe rescripsit mense julio a. 1963: « indiquant que Mr Roberto était, *jusqu'à nouvel ordre, le représentant de F.*; il est peu vraisemblable — ait actrix — que le R.P. Thierry lui ait attribué ce titre si la chose était inexacte ».

---

